

## **Theologiæ Sacramentalis Scholasticæ Et Moralis Pars ...**

Ad Mentem Doctoris Subtilis Ioannis Duns Scoti D. Augustino conformen

In quâ tractatur de Augustissimo Eucharistiæ Sacramento, ac Sacrificio  
Missæ, ...

**Bosco, Jean a**

**Lovanii, 1667**

Concl. XXI. Altare oportet esse ornatum duabus mappis lineis, ubi moris  
est, benedictis; insuper Corporali de sindone munda. Accedat lumen,  
saltem unicum, liber Missalis, & Crux.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73377](#)

video, inquit Dicastillo nu. 149. in hoc esse peccati.

Sed pergamus ad alia, ad ornamenta, inquam, altaris, quae varia sunt, atque in primis

## CONCLUSIO XXI.

Altare oportet esse ornatum duabus mappis lineis, ubi moris est, benedictis; insuper Corporali de sindone munda. Accedat lumen, saltem unicum, liber Missalis, & Crux.

ita etiam facilè derogari potuit, & censetur de cui decimo facto consuetudine derogatum numero mapparum, sive linteaminum: quamquam enim sit decentius, ut præter Corporale tres adhibeantur, & ita in multis Ecclesiis adhuc observetur; equidem sine scrupulo propter autoritatem communem Doctorum celebratur passim super altare coopertum tantum duabus mappis præter Corporale.

Immo Præpositus 3. parte q. 83. nu. 167. 416. censet non improbatim sententiam; quæ dicit non peccari mortaliter ab eo, qui ob aliquam necessitatem solum adhibet unam mappam præter Corporale: quia, inquit, illa omissione non videtur esse ita gravis.

Ego autem dico, si illa omissione ex se sit materia levis, veluti omissione v. g. cinguli, ut multi docent, quidni siquicunq; excusat omissionem cinguli ab omni peccato, ut iidem consequenter afferunt; ita quoque excusat omissionem unius mappæ?

Gradus veroe necessitatis non est hic valde strictè accipiens. Quare necessitas audiendi & celebrandi Sacrum die Festivo, fervor devotionis, & tentatio voluntas tentationem eo remedio superandi; immo & Sacerdoti pauperi opportunitas eleemosynæ sati superque in predicta parvitate, etiam à veniali, celebrantem excusat. Ita Thomas Tamburinus lib. 1. de Sacrificio cap. 3. §. 1. n. 4. de omissione cinguli; & consequenter de omissione unius mappæ cap. 5. §. 2. n. 1.

Rogas, an una mappa duplicita æquivalat duabus? Respondeo cum pluribus Doctoribus affirmativè. Hinc si Corporale sit paulò majus, poterit plicari & altera pars servire loco secundæ mappæ.

Quantum ad benedictionem istarum mapparum, optimè Doctor Subtilis refert se ad consuetudinem: quia tunc temporis ex jure scripto non poterat ostendti aliqua obligatio, neque hodie ostendti potest saltem gravis. Præscribitur quidem benedictio à Rubricis, ut patet ex verbis supradictis, & inter defectus in ipso ministerio occurrentes recensetur: si mappa non sint benedictæ. Tit. de defect. c. 10. n. 1. & in Rituali Romano inter cæteras benedictiones, ponitur benedictio mapparum, sive linteaminum altaris; sed quid tum? Etenim multæ benedictiones ibi recensentur, sive ordinantur ab Ecclesia, quæ licet utilis, haud equidem necessaria sunt, & non omnes Rubricæ obligant sub mortali: sed aliquæ ad summum sub veniali, quidni inter illas hæc numeratur? Non video quid obster.

Hinc Layman lib. 5. Tract. 5. c. 6. nu. 11. cum aliis, quos citat, affirmit, posse in necessitate mappam mundam profanam assumi ad ornandum altare pro celebranda Missa & finito Sacro reddi ad usum profanum priorem. Quod verum existimo.

Aaaa

Sed

417.

Altare oportet esse ornatum duabus mappis lineis, ubi moris est, benedictis; insuper Corporali de sindone munda. Accedat lumen, saltem unicum, liber Missalis, & Crux.

secondum  
Rubricas  
tibis,

Corporali  
tibis:

418.  
de eius  
decrevit  
plus v.

Quod autem hic sit sermo de tribus mappis præter Corporale pater; quia de Corporali specialiter tractant Rubricæ Tit. Ritus servandi in celeb. Missæ cap. 1. nu. 11 ibi: Super velum ponit burlam coloris paramentorum intus habentem Corporale plicatum, quod ex lino tantum esse debet, nec serico vel auro in medio intextum, sed totum album, & ab Episcopo, vel alio habente facultatem simul cum palma benedicatur.

Accedat Decretum Pii V. quod refertur de Consecrat. dist. 2. cap. Si per negligientiam 27. ibi: Si super linteum altaris & ad alind fistula (Sanguinis Christi) pervenerit, quatuor diebus peniteat. Si usque ad quartum, viginti diebus peniteat. Ubi fit mentio quatuor linteatinum, utique Corporalis, & trium mapparum sive tobiliarum.

Verum tamen sicut huic Decreto derogatum est consuetudine, quantum ad penitentiam, quæ ibi injungitur Sacerdoti, cuius negligentiæ aliquid de Sanguine Domini stillaverit;

423. Sed numquid major necessitas benedictionis Corporalium? De ea ex Epistola Eusebii Corporis benedictione necessaria ex c. 46. Confessat. dist. 1. Papa & Sylvester hoc modo legitur de Consol. dist. 1. cap. 46. *Consolatio omnium statimuis, ut Sacrificium altaris non in serico panno, aut in tincto quisquam celebrare presumat, sed in puro linteo ab Episcopo consecrato, terreno scilicet lino procreato atque contecto: sicut Corpus Domini nostri Iesu Christi in sindone linea munda sepultum fuit.* Ecce quasi in terminis secunda pars Conclusionis, de qua proinde nemo dubitat.

eb immo-  
diatum  
Corporis  
Christi  
contactum.  
Cur autem magis requiratur benedictio Cor-  
poralium, quam mapparum, ratio est; quia  
Corporalia immediate tangunt Corpus Christi;  
adeoque proximè deseruient ad Sacrificium;  
quid ergo miramur si requirant majorem san-  
ctitatem, quam mappæ, quæ, ut patet, non  
tangunt immediate Corpus aut Sanguinem  
Christi, & remoto tantum concurrunt ad Sa-  
crificium?

**424.** *An fit ne-cessaria be-neditio palie?* *Trinacium:* Et quamvis olim quæ Corporalis, eadem fuerit ratio pallæ, quâ calix cooperitur; erat enim pars Corporalis: equidem hodie quando nulla est omnino separata & conditincta, videmus in multis locis illam, etiam ex ea parte quâ tangit calicem, non esse lineam, albam, & benedictam, estò Rubricæ Missalis id prescribat Tit. Ritus servandus &c. cap. 1. n. 1.  
*Rubr. Miss.* ibi: *Eam* (*patenam*) *tegit parvâ pallâ lineâ,* *tum velo serico:* *super velum ponit bursam coloris* *paramentorum,* *intus habentem Corporale plicatum*

¶ &c. simili cum palla benedictum.  
Nihilominus, sicut dixi, videmus in aliquibus locis contrarium fieri, & sine scrupulo. Credo, quia palla non tangit immediate Corpus aut Sanguinem Christi, ideo minoris illa Rubrica afflatur; unde non aulim definire obligationem sub mortali, quidquid sit de veniali, ubi consuetudine Rubrica illa non est abrogata.

Nota etiam, quod inter defectus in ipso ministerio occurrentes non recensatur: sed palla non sit benedicta, ex quo facilius omissionis benedictionis etiam à peccato veniali posset excusari.

425.  
An Corporale possit esse feroco vel auro intextum; Interea indubitatum est tam Corporale in extimis partibus, quam pallam in parte superiori, quā calicem non tangit, ex qualcumque pretiosa materia vel colore ornari posse, ut patet de Corporali ex Rubricis supra allegatis ibi: Nec feroco vel auro in medio intextum, id est, in illa parte in qua solet reponi hostia consecrata: ergo in aliis partibus potest esse feroco vel auro intextum; quia, ut communiter dicitur, exceptio firmat regulam in contrarium.

Si dixeris: Sanguis Christi reponitur in calice aureo vel argenteo. Respondeo, etiam Corpus Christi in patena aurea & argentea: ergo etiam potest reponi in corporali argento & auro in medio intextum. Nego Consequenter. Ratio disparitatis est voluntas Ecclesiae, quae ut sit

Doctor Angelicus 3. p. q. 8 3. a. 3. ad septi-  
mum: *Vbi potius sine periculo iuri, statim circa hoc  
Sacramentum id, quod exprefius repræfata paſto-  
num Chriſti. Et ideo licet calix (qui repræfentat ſe-  
pulchrum) non fiat de peirā (nō Sanguinem im-  
bibat) Corporale tamen fūt de panno linea, quo Cor-  
pus Chriſti fuit involutum. Unde in Epifolia Sibylli  
Papa in eadem dīſiunct. (1. de Conſecr.) legitur:  
Confulto omnium &c. Competit etiam pannus  
lineus propter ſuam mūnditatem, ad ſignificandam  
conſcienciam puritatem: & propter multiplicitatem la-  
rem, quo talū pannus preparatur, ad ſignificandam  
Chriſti paſſionem.*

Cæterum præter pallium & Corporale linum  
requiritur purificatorum; quo calix tergitur,  
similiter album, & ex lino, non tamen necesse  
rit benedictum, ut habet praxis Ecclesiæ, &  
consent communis Doctores contra Layman  
suprà n. 12. dicens: Sextum (ornamentum al-  
taris) est purificatorum, ex lino factum, quod  
benedictum esse oportet. Jure scripto, an con-  
suetudine, non meminit, neque allegat aliquem  
Auctorem, neque ullam rationem, & ideo non  
audiendus.

Sanè nulla specialis benedictio purificandi  
invenitur in Rituali Romano, quamvis alio-  
quin satis propinquè attingat Sanguinem Do-  
mini, & interdum fortasse aliqua reliqua  
Corporis vel Sanguinis illi adjungantur.

Rerum difficultas; an predicta ornamentalis possint legitimè fieri ex cannabis, vel golfo-  
pio. Posse ex cannabis, mihi certum est, inquit  
Tamburinus lib. 1. de Sacrificio c. 5. §. 3. si  
quidem tela ex cannabis censentur in humana  
acceptione, & usu lineæ; iis enim ad sternendas  
mensas, & ad interiores tunicas communiter  
utimur, ad quarum similitudinem mappas, Al-  
bas, & predictæ assumptæ Ecclæsia.

Prolecurit dictus Auctor: majus dubium  
est de gossipio, de quo tamē sic habet Azo  
p. 1. lib. 10. c. 28. q. 8. Plinius lib. 19. c. 1.  
testatur ex gossipio fieri lira Xylina: quod si  
ex eo fiunt linea vestes, hoc sufficit. Ita Azo &  
quidem probabiliter, loquens de Corporali; id  
quod propter paritatem rationis, de aliis pra-  
dictis dici recte potest.

Confermo proferendo verba Plinii: Superior pars Egypti, ait, in Arabian vergens, gigantum factum, quem aliqui Gossipion vocant, plures Xylon, & ideo linea inde facta Xylina. Parvus est, similem habet aquila nucis desertum fructum, cuius ex interiori bombycina lanugo netur, nec uila sunt eis in candore, molitiae praferenda. Hac Plinius. Ubi nota illud: Linea inde facta; linea ergo est ex gossipio contexta tela: estid enim linum, cannabis, & gossipium specie agnoscere inter se differunt; non differunt in hominum acceptatione, usuque vestimentum.

*Nota item obiter, atque Plinius in ea tantum Regione crevississe Xylon; nunc passim in Sicilia, & Italia colitur, & vulgare est, vocaturque Cottone, vel, Bambace. Hactenus Tamburinus.*

Sect. 5. De solemn. Missæ Sacrificii cerem. Concl. 21. 553

428.

Requiritur  
predicato-  
rum ora-  
mentorum  
munditia.  
Invec. III.

Et hac quidem de substantia predicatorum  
ornamentorum; sed quid dicam de eorum  
munditia? Uter verbis Innocentii III. cap. Re-  
linqui volumen 2. de Custodia Eucharistiae. Sunt  
& alii, qui non solum Ecclesiæ dimittunt inculcas, ve-  
rum etiam vasa ministerii, & vestimenta ministrorum  
ac pallas altaris, nec non & ipsa Corporalia tam im-  
mundia relinquent, quod interdum aliquibus sunt  
horrori. Quia vero zelus nos comedit Dominus Dei  
... Precipimus ut Oratoria, vasa, Corporalia, &  
vestimenta predicta munda, & nitida conserventur.  
Nimis enim videtur absurdum in sacris fôrdes negli-  
gere, que dedecent etiam in profani.

Possit immunditia esse mortali-  
cula, quandoque  
venialis, quandoque  
nulla.

Propter hoc præceptum aliqui Doctores  
consent illam immunditiam esse peccatum mortale, alii id limitant ad Corporalia, quæ immé-  
diatae contingunt ipsas species consecratae,  
præfertim si immunditia sit enormis; alio-  
quin communiter non videtur esse nisi ve-  
niale, secluso scandalo & contemptu in modo  
nullum peccatum, si ex necessitate in illis  
celebretur, maximè ab his, ad quos non spe-  
ciet cura ornamentorum; nam cui ex officio  
incumbit prædicta disponere & curare, ut  
munda sint, facilius potest graviter peccare,  
quod iudicio prudentis relinquitur, prout et-  
iam enormitas immunditia.

Rogas à quo lavari debeant Corporalia,  
purificatoria, & similia, si fuerint fôrdida-  
ta? Respondeo, saltem ex convenientia à  
Diacono, in vase ad hoc præparato, lotione  
nemque mitendam esse in Piscinam sacram  
seu Sacramentum; quod huc nihil aliud est,  
quam locus in pariete, seu sub terram defol-  
sus, & ab aliis profanis usibus separatus, in  
quem hæc lotio, & similia, projici ob rever-  
tentiam solent.

Hoc autem communiter intelligitur de pri-  
ma lotione, nam hæc per Diaconum habitâ,  
passim laici sine ullo scrupulo & fæminæ, præ-  
fertim færa virgines, ea melius lavant, ter-  
gent, & reficiunt.

Ubi bene notat Dicastillo disputat. 4.  
num. 164. alias ita velle quandoque parare  
& levigare Corporalia amydo infecta, ut po-  
tius videantur incrufare, & tegere materiam  
ipsam relæ, & sèpè contingat, non in teli  
ipsa linea, sed in ipsa amydi crux cele-  
brare; in modo forte, ut sèpè sit, aliqui eti-  
am Sacerdotes scrupulosi nimis illam ip-  
sam crustam patenâ abraserint, quasi essent  
particulae hostie consecratae, qua omnia me-  
ritæ evitanda sunt. Hæc ille.

Dixi in responsione, Saltem ex convenientia;  
quia aliquibus Auctoribus, neque ex jure  
positivo, neque ex ratione naturali effaci-  
ter probatur stricta obligatio, adeò ut proba-  
bile ipsi sit, laicum, qui sine necessitate pri-  
mo lavat Corporalia, nec peccare venialiter.  
Et sane si verum est, quod alii docent,  
non esse veniale tangere Corporalia munda,

430.

An sit obli-  
gia-  
tio?

et obliga-  
tio?

431.

per

consequens planè videtur, neque esse veniale ea  
fôrdida primò lavare; in lotione enim nihil  
aliud intervenit, nisi quidam contactus.

Illi autem nullo jure esse prohibitum,  
censet Tamburinus sup. cap. 2. §. 1. n. 12. cum Tamburinus,  
alii, quos citat, expendens singulos textus (à  
n. 13. usque ad finem §.) qui communiter ad-  
feruntur pro contraria sententia; sed quia in his  
non tantum agitur de contactu Corporalium;  
sed etiam calicis & patenæ, de quibus posset esse  
major difficultas propterunctionem sacri Chri-  
statis, quæ in eorum benedictionis intervenit,  
hinc commodius infra illos explicabimus.

Solum hic expendo particularē illum  
textum, per quem Doctores communiter ex-  
cludunt prohiberi lotionem Corporalium, di-  
qua impresentiarum agimus. Est autem textus  
hujusmodi: Pallas & vela Sandarari si fôrdidata  
fuerint ministerio, Diaconi cum humilibus ministris  
intrâ Sanctuarium lavent; non euientes foras à  
Sacario, & velamina Dominicæ mens abluant, ne  
forie pœnae Dominicæ Corporis male decidat. Ita Cle-  
mens Papa Jacopo Hierosolymitanus Episcopo  
Epistolâ 2. & refertur can. Nemo per ignoran-  
tiā 40. de Consecr. dist. 1.

Ubi in primis notat Glossa, huic Canoniz  
quo ad vela esse conseruandine derogatum: Et  
vela, inquit, id est ornamenta altaris, vel vela, id  
est, cornice. Huic hodie derogatum est conseruandine  
generalē.

Secundò per Pallas, Glossa ibi & in capi-  
te precedenti intelligit Corporalia; quod à  
Doctribus propter identitatem rationis mé-  
rito extenditur ad purificatoria, calices, pa-  
tentæque.

Nota tertio, hunc textum concedere prædi-  
cam lotionem Diaconis cum humilibus mini-  
stris, quos licet interpretari Subdiaconos, alios  
que Clericos minorum Ordinum, ac primæ  
Tonsuræ. Curiatur, inquit Tamburinus suprà Tamburinus,  
c. 2. §. 2. n. 8. plures Doctores id coarcunt ad  
unum Diaconum? Si licet igitur meo intellectu  
hunc Canonem explicare, lenitus erit, ut Dia-  
coni tamquam ii. quibus cura Sacrorum incumbit,  
assistant, minores ministri lavent; tunc enim  
rectè dicetur Diaconus cum ministris lavare,  
sicut dominus cum ancillis dicitur domus ser-  
vitia exhibere, illa scilicet dirigente, his ex-  
equentibus. Hæc ille.

Ceterum loquendo de laicis, puto, 432.  
inquit idem Auctor, iis nequaquam in hoc & offendit  
textu prohiberi, ne sub veniali quidem, prohiberi  
primam prædictorum lotionem. Probat;  
quia ut patet ex littera, nullum verbum  
est ostendens obligationem ejusmodi; so-  
lum enim dicitur: Diaconi cum ministris lavent:  
hoc autem imperativum nec ex se significat  
prohibitionem sub peccato in opinione proba-  
bilissima (quam probabilis sit hæc sententia,  
nolim hæc disputare, mihi certum est, multa esse  
prohibita in Regula nostra, etiam sub mortali

Aaaa 2

per

per solum verbum imperativum juxta declarationem Clementis V. Clementinā : *Ex mi de Paradiſo de Verborum significatione*) & multò magis hīc ex Pontificis mente, qui explicare dumtaxat in hoc textu intendit, id ēſe officium Diaconorum & aliorum ministrorum ; ceterū an ab aliis idem fieri possit, nec annuit, nec abnuit. Sanè si quis ita dicat : *Oſtia-ri ianuas Ecclesiæ aperiunt* ; ostenderet quidem officium Oſtiarii, non tamen prohibetur, quod minus ab aliis, quamvis non ex officio aperiſſt Ecclesiæ janue posſint. Haec tenus Tamburinus.

**433.** Sed dicit aliquis ; haec quidem primā fronte plausibilia apparent, interim dum rem totam tacitus mecum penſito, statim incidit ſcrupulus, nūm fortē textus ſuprā adductus, mutila-  
dem textus, ſeu non integer, & dum illum penitiū in-  
tropio, ecce poſt verba citata illuc attexitur : *Sindonem verū non foris abluant* : & erit haec operanti peccatum. Idcirco intrā Sacramentum ministrū pincipi-  
mus haec sancta cum diligenter custodiare.

Per Sindonem, intelligit Glossa verb. Non foris, ſecundam vēstem Sacerdotalem. Alii di-  
cunt quid est ornamentum calicis. Ego autem  
puto eſe velamen Dominicæ mensæ, ut inſra-  
patebit ex Originali.

**434.** Rogas quid ſignificet ly Non foris ? Re-  
ſpondet Glossa, id est, ab aliis ſegregatam : ego  
verò exiſtimo idem eſte quod intrā ſive ju-  
xta Sacramentum, ut facile colliges ex eo-  
dem Originali. Si ergo Diacono haec ope-  
ranti, id est, ſindonem foris abluenti, pec-  
catum erit ; quād magis erit peccatum laico  
foris abluenti Corporalia, quād magis sancta  
ſunt ?

Interim, ut reſtē advertit Tamburinus ſuprā nu. 11. quid linteamina ſacra laventur intrā Sacramentum, quoſquifque eſt, qui hodie obſervat ? Lavantur enim paſſim à ministris ubi libuerit in pelvi, quamvis obſervent il-  
lud, quid non proſciant lotionem foris à Sacramentum.

Ceterū ſi Pontifex lotionem intrā ſive  
& commu-  
ni ſenſu ſi-  
delium.

juxta Sacramentum ſub peccato præcepere, quād potius censeri debet voluisse præ-  
pere ſub peccato ut lotio fieret à Diaconi-  
cum aliis ministris ; adeoque voluisse eam  
prohibere laicis ? Certè hic eſt ſenſus com-  
muni fidelium & praxis omnium timorato-  
rum, à qua non videtur recedendum propter  
privatum aliquorū opinionem.

Clement.

Quin ſi Tamburinus originalem textum  
infipſiſſet, fortē id ipſum, lecluſi contraria  
conſuetudine, omnino ſenſiſſet. Verba origi-  
nalia haec ſunt : *Pallas verū & vela, quā in ſan-  
ctuarī ſordida ſuerint ministro, Diaconi cum hu-  
milibus ministris uexta Sacramentum lavent, non eni-  
cientes foris à Sacramentum velamina Dominicæ mensæ,*  
ne forte pulvri Dominicæ Corporis malè decidat à ſindone foris abluta, & erit haec operanti pecca-  
tum ; idcirco intrā Sacramentum ministris præ-

cipimus, haec ſancta cum diligenter cuſio-  
re.

Dico, Fortē id ipſum ſenſiſſet ; quia fortē re-  
ſpondiſſet ex his verbis tantum probari præ-  
ceptum lotionis intrā ſeu juxta Sacramentum, ut  
clarè colligitur ex ratione motiva legis : Ne  
fortē pulvris Dominicæ Corporis malè decidat à ſin-  
done foris abluta : quād utique ratio ſolū con-  
cernit lotionem foris à Sacramentum ; minimè au-  
tem lotionem, quād fieret à laico intrā ſeu  
juxta Sacramentum.

Quantū ad praxim communem, fortē di-  
xiſſet, multa practicari à timoratis, quād ma-  
gis convenientia ſunt, licet non omnino ne-  
cessaria. Sed de his rufiſum inſra ; ubi etiam  
de ministro benedictionis.

Progreſſior ad tertiam partem Concluſio-  
nis, ſilicet ad lumen, quod neceſſarium eſt, ad cele-  
me tacente, clamat conſuetudo, & colliguntur  
ex jure ſcripto capite ultimo de Celebratione  
Miffi ibi : Intellexi iterum quid prediſta eſt  
ſia per malitiam dicti Presbyteri, multiplicitate  
batur, inquisitionis officium iterans, ex eius om-  
nibus inveniſſi, quid idem fine igne ſan-  
ctabat & aqua. Et ſequitur : Cum igitur vel ex  
aperta malitia, vel nimia desipientia peccare pate-  
betur : Mandamus, quatenus Officio & Beneficio  
perpetuo ipſum prives.

Nec ſatisficeris dicendo, punitur ibi Pre-  
ſbyter ob alia criminia. Reſponſio enim eſt  
plana : punitur ob alia criminia & unā pro-  
pter illud, quod commiſſit celebrando ſine lu-  
mine ; hoc namqū inter cetera ibi enumera-  
tur. Adeo ut Tamburinus lib. 1. cap. 5. §. 4.  
existimat illicitum celebrare Miffam ſine lu-  
mine ſaltem uno, etiamli necessaria foret ad  
dandum Viaticum inſitmo.

Quæreris, quare potius liceat celebrare  
Miffam poſt ſumptuō cibum aut potum,  
quando eſt neceſſaria ad communicandum in-  
firmitum, quād ſine lumine ? Reſpondeo, quia  
præceptum jejunē communicandi multas pa-  
titur exceptions ; non legitur autem Ecclesia  
unquam diſpenſaſſe, nec quāpiam aliquando  
impunē attenante Miffam celebrare ſine lu-  
mine, quod ſignum eſt hanc legem majoris  
eſte momenti. Ergo celebrare Miffam  
ſine lumine ſaltem uno, praſertim quando  
nulla eſt neceſſitas, indubie eſt peccatum  
mortale.

Dixi, Saltem uno ; quia licet, ut habet ſuffici-  
tum, communis conſuetudo, magis congruum ſi  
adhibere duo lumina, equidem aliquibus non  
videtur eſte ſtricta obligatio.

An autem lumen illud ardore debeat in-  
candela ce-re-a, eſt major difficultas, commu-  
niter affiuent Doctores, niſi in caſu pru-  
dentis neceſſitatis, in quo utique exiſti-  
mat Dicafillo disp. 4. n. 160. nullum eſte pec-  
cam ; immo fecluſo ſcandalu ſatiuſ eſte ce-  
lebrare cum lumine olei, quād non celebrare

Tota

Sect. 5. De solemn. Missa Sacrificii cerem. Concl. 21. 555

Tota ergo necessitas ex parte defectus cere spe-  
ganda est; si adhibita morali diligentia haberi  
non possit, tunc celebretur, inquit ille, cum  
alio lumine, & non propterea omittatur celebra-  
tio. Et quidem olei usum, prout etiam  
candela sebaceæ, in Ecclesiis esse coram Ve-  
nerabili Sacramento, nemo non videt. Et  
olim in Sanctuario lampades in cultum Dei  
ardebant.

Alii paulò majorem requirunt necessitatem,  
quamvis non adeo magnam, illam scilicet, qua  
sufficit ut Sacerdos celebret sine vestibus Sa-  
cerdotalibus minoris momenti, de quibus in-  
frà; præcisò semper scandalum, quod facile fieri  
potest, si instruit Sacerdos adstantes.

Et verò vellem videre jus disponens quid-  
pian de materia luminis. Scio à Rubricis Mis-  
sali Tit. de Defect. cap. 10. inter defectus  
occurrentes in ipso ministerio numerati: si  
non adhuc luminaria cerea; sed etiam non igno-  
rio multas Rubricas solùm esse directivas; alio-  
quin non tantum duo cerei erunt necessarii,  
sed etiam tertius accendens in consecratio-  
ne, quod ex communi usu constat esse falsum.  
Igitur luminaria sunt cerea, quando commode  
fieri potest. Sanè qui etiam sine ulla necessita-  
te uteretur sebaceis, non auderem damnare  
peccati, saltem mortalis; neque illum, qui  
uno tantum uteretur lumine cereo.

439. Sed numquid peccat mortaliter, qui celebret  
Missa sine Missali? Respondeo cum distin-  
ctione, vel exponit se pericula morali errandi,  
vel non. Si primum; clarum est peccare morta-  
liter vel venialiter, prout error, cuius pericula  
proximo se exponit, gravis fuerit vel levis. De  
secundo dubitant Doctores, an saltem non esset  
peccatum veniale.

Suarez disp. 81. sect. 6. §. Quartò requiunt,  
sic inquit: An in aliquo casu ubi liber deest,  
& Sacerdos esset ita infractus, & de sua mem-  
oria confidens, ut mortaliter non dubitaret  
posse se omnia integrè dicere sine libro; an, in-  
quam, in eo casu esset peccatum id facere, alio-  
rum judicio relinquo: nam ego propter mul-  
torum auctoritatem licentiam dare non au-  
deo, & aliunde sufficienter rationem peccati  
non invenio.

Nec ego; in quo enim Decreto specialiter  
hoc est præceptum? Doctorum autem est Ca-  
nones explicare, haudquaquam novos condere.  
Quod attinet ad Rubricam Missalis, patet re-  
sponsio ex dictis. Unde hanc sententiam docet  
Cardinalis Lugo disp. 20. n. 78. & sequitur  
Tamburinus suprà §. 5. n. 1. Quæ an debeat  
intelligi non tantum de peccato mortali, sed  
etiam veniali, relinquo judicio aliorum.

Forte Cardinalis non intellexit nisi de mor-  
tali, allegat enim pro se Dianam part. 2. tract.  
de Celeb. Miss. resol. 46. ubi querens an ra-  
lis Sacerdos peccet mortaliter. Respondeo  
cum aliis, quos citat, non peccare; quod suffi-

cienter posset intelligi de peccato mortali juxta  
propositam questionem.

Tamburinus autem simpliciter afferit ipsum  
non peccare; sicuti, inquit, nec peccare  
lucus, qui ceteras actiones exhibendas in  
Missa videt, nec tamen videt legere, si vel  
morali legendasciat, vel à Sacerdote adju-  
vetur. Et verò quis dixerit talem luctum pec-  
care venialiter? Porro quid refert quod Mis-  
sali sit in altari, si eo non possum uti ad le-  
gendum? Sanè non ad ornatum, sed ad  
necessarium lectionem requiritur.

Nihilominus multi docent semper peccari

non tantum venialiter, sed etiam mortaliter

ab eo, qui sine magna necessitate celebrat

absque Missali, in quo saltem non contineatur

Canon. Sed illi (salvo meliori iudicio) ut alibi

adhuc memini me dixisse, nimis bono pretio

vendunt peccata mortalia. *Facultas* ( inquit

Poëta ) *descensus avernī, sed revocare gra-*

440.

*An sit pec-*

*carum mor-*

*tales celebra-*

*re sine Mis-*

*sali in quo*

*saltem non*

*contineatur*

*Canon?*

*multa quotidie perpetrant filii hominum pec-*

*cata mortalia, & cum illis descendunt in*

*infernum, ut non oporteat sine magna ratione*

*viam seu descensum inferni novis peccatis*

*mortalibus reddere facilorem.*

Si dixeris, cessante fine legis in casu particu-

lari solùm negat, non cessat lex: ergo licet

periculum errandi in Canone Missa hic & nunc

cessat, non tamen cessat ipsa lex, que propter

periculum, quod communiter subest, gene-

raliter est lata.

Respondeo, me nullam aliam legem striatè  
dictam, saltem graviter obligantem, hic  
agnoscere, præter illam quæ præcipit in-  
tegram recitationem Canonis: & quamvis  
hæc communiter requirat ad sui observan-  
tiæ præsentiam Missalis in altari pro-  
per fallibilitatem memoria humanæ; equi-  
dem ubi moralis certitudo est integræ recita-  
tionis sine usu Missalis, liquet profectò sine  
usu Missalis legem istam perfectissimè adim-  
pleri. Ergo in tali casu nulla est obligatio  
istius medi.

Accipe simile: qui obligatur legere Horas  
canonicas, ex consequenti obligatur habere  
Breviarium tamquam medium necessarium le-  
gendi propter memoriam fallibilitatem, & com-  
munem ignorantiam; interim tamen si aliquis  
totum Officium sine periculo erroris ex me-  
moria sciret recitare, quid opus tali homini  
Brevario?

Cæterum non facilè alicui consulendum,  
ut celebret sine Missali, præsentim extra nece-  
ssitatem, tum propter communem sententiam  
Doctorum in contrarium, tum propter peri-  
culum erroris, quod sèpè subest, ubi etiam  
aliando non putatur subesse, tum propter  
scandalum adstantium, quod natum est inde  
oriri. Ex quo recte à Rubricis Tit. de Defect.  
cap. 10. inter defectus in ipso ministerio

Aaaa 3 occur-

441.

Celebratio

sine Missali

non facilè

consulenda;

Missali sine  
Missali cum  
Missali  
etiam  
Vincit  
in fundo

Suarez  
non sit  
periculum,  
non videat  
peccatum,  
solen  
mortalis.

Lega-  
Tamburinus.

Diana.

UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

occurrentes ponitur: si non adsit Missale, licet memoriter scribi Missam, quam intendit dicere.

Perinde autem existimo, sive Missale sit scriptum sive impressum. Quid enim factum arbitramur, antequam ars typographica foret inventa? Et quid refert ad evitandum periculum erroris sive legam ex charta scripta, sive ex impressa?

442.  
Crux collo-  
canda in  
medio alta-  
ris.  
Rubr. Miss.

Refat ut breviter aliquid dicamus de necessitate Crucis, si tamen vera necessitas est, & non magis congruentia. Prescribitur quidem in Rubricis Missalis Tit. Rubrica Generales cap. 20. ibi: Super altare collocetur Crux in medio; attamen ejus absentia non ponitur inter defec-  
tus. Profectò multa in isto capite prescri-  
buntur, que constat non esse obligatoria; v. g. Ad Crucis pedem ponatur tabella Secretarum appella-  
ta. In cornu Epistole cusinus supponendum Missali;  
& ab eadem parte Epistole paretur cerus ad eleva-  
tionem Sacramenti ascendens, parva campanula,  
ampulla vitrea vini & aquae cum pelvicia & manu-  
tergio mundo in fessella, seu in parva mensa ad hoc  
preparata.

Putas autem quod haec omnes Rubricæ, &  
similes obligent sub peccato? Noli putare:  
Vbi enim non est lex, nec prævaricatio, inquit Apo-  
stolus Rom. 4. v. 15. Rubrica, ut suprà me-  
mini me dixisse, nihil aliud est ex se, quam  
mera quædam manuductio circa ea, qua di-  
cenda sunt, vel facienda, rubro colore solita  
scribi: nisi ergo aliunde habeatur, vel ex jure  
naturæ, vel divino positivo, vel Ecclesiastico,  
aut certè ex confuetudine quod ea, quæ sic  
scribuntur, sine de præcepto, non possunt ta-  
lia esse; & è contra si aliunde habeatur quod ea,  
quæ sic scribuntur, sint de præcepto, non  
possunt non talia esse.

443.  
Minutiores  
Rubricæ  
non omit-  
tendæ cum  
scandalis,

444.  
aut animo  
inducendi  
novum ri-  
tum;

Interim tamen cavendum primò, ne etiam  
minutiores Rubricæ negligantur cum scan-  
dalo, vel ex contemptu explicito, aut certè im-  
plicito, qualis est illa intolerabilis negligentia,  
qua quis perpetuò, seu ut plurimum, non cu-  
rat eas servare.

Secundò, ne negligantur animo inducendi  
novum ritum in Ecclesia; hoc enim per se gra-  
ve est, graviterque prohibitum à Pio V.  
Bullâ, Quo primum tempore (apud Cherubinum  
106. & ponitur in initio Missalis) §. 3. hisce  
verbis: Ac hui Missali nostro nuper edito, nihil un-  
quam addendum, detrahendum, aut immutandum  
esse decernendo, sub indignationis nostra pena, hac  
nostrâ perpetuò valitûra Constitutione statuimus &  
ordinamus. Mandantes, ac defrictè, omnibus ac fini-  
gulis Ecclesiarum predicatorum (in quibus scilicet  
alia institutio à Sede Apostolica approbata, vel  
confuetudo supra ducentos annos observata  
non fuit) Patriarchis, Administratoriis &c. illis  
in virtute sanctæ obedientie precipientes, ut ceteris  
omnibus rationibus & ritibus ex alijs Missalibus  
quantumvis vetustis hactenus observari consuerit, in  
posteriorum penitus omisis, ac planè reiectis, Missam

hoc enim  
repugnat  
Constitu-  
tioni Pii V.

iuxta modum, ac normam, que per Missale hoc nobis nunc traditur, decantent ac legant, neque in Missa celebratione alias ceremonias, vel preces, quam quæ hoc Missali continentur addere, vel recitare pre-  
sumant.

Et infra §. 6. sic inquit Pontifex: Volumus autem & eadem auctoritate decernimus, ut post huic nostræ Constitutionis ac Missalis editionem, qui in Romana adiuncta Curia Presbyteri post mensem, qui videlicet intrâ montes post tres, & qui ultra montes incolum, post sex menses, aut cum primum illic Missale hoc veniale propositum fuerit, iuxta illud Missam dictare vel legere teneantur, id est, iuxta ritum in illo præscriptum, & non iuxta alium quilibet, ab aliis prius inventum, vel à se noviter introducendum.

Constitutionem Pii V. confirmavit Clemens VIII. Bullâ, Cum sanctissimum apud Cherubinum 108. & Urbanus VIII. Bullâ, Si quid est, habentur in initio Missalis. Intelligo autem Pium V. de ritibus principaliis & quasi substantiis; non autem de omnibus præscriptionibus Rubricarum, præsertim doctrinalium, & quæ moraliter loquendo non posse sunt, vel propter ignorariam, aut inadverti-  
tiam ab omnibus observari.

Et consumiliter intelligo Concilium Tridentinum quando fessi 22. in Decreto de Obser-  
vandis & evitandis in celebratione Missæ,  
mandat Ordinariis, ut edicto & poenis propo-  
nis caveant, ne Sacerdotes ritus alios aut illis  
ceremonias & preces in Missarum celebratione  
adhibeant præter eas, quæ ab Ecclesia probata,  
ac frequenti & laudabili usu receptæ fuerint.  
Ritus, inquam, quasi substantiales, præsertim  
animò inducendi novam formulam. Hæc latius  
pro intelligentia eorum, quæ adhuc superfluit  
explicanda.

Ut autem redeamus ad Crucem, quæ collo-  
cari solet in medio altaris, liquet profecto  
non esse obligationem, nisi ad summum sub-  
peccato veniali, ubi haec Rubrica in præcepto  
est recepta. Præterea ab aliquibus doceatur  
Crucem non esse in altari statuendam, ubi ser-  
vatur clausum in tabernaculo Sanctissimum  
Christi Corpus: in quo enim loco adest  
(quamvis veluti sub cortina) ipse Dominus  
personaliter, alio signo ipsum representante  
opus non est.

Sed hoc alii negant propter expressa verba  
Rubricæ, & confuetudinem in contrarium.  
Hoc certum tene, quando est exposita super  
altare Sacratissima Eucharistia, neccissariam  
nequaquam esse Crucem, quia jam ipse Do-  
minus crucifixus palam est.

Neque desunt, qui existimant, sati obser-  
vari Rubricam, si adsit Crucis, vel Crucifixi Com-  
missarii effigies depicta in tabula vel pariete. Neque nisi  
enim, ait Tamburinus suprà cap. 5. §. 6. n. 2. anno  
ejusmodi requisita adhiberi debent sub rite missæ  
metaphysico, & penè dicam, pharisaico, sed  
moralis.

## Sect. 5. De solemni Missa Sacrificii cerem. Concl. 22. 557

moralis & humano. Quis vero moraliter amplius crucem requirat, si crucem habeat in prospectu ( licet non inter candelabra ) ad quam & orare & incensare & qualibet circa illam officia exhibere possit? Hae ille. Et hoc ergo tutum erit in praxi.

447. Omitto cetera convenienter requisita, ut pallium altaris, candelabra, & similia, superius per transennam ex Rubricis Missalis recentissima, de quibus minor est difficultas, & que, utpote satis remota a sacris actionibus, benedictione, ut sacro usui deserviant, nequitiam indigent: immo quando aliquod ex ipsis praestol in Ecclesia non esset, id ex profanis, sed congruentier mundis, mutuac accipi ad sacram Missa ministerium posset, & deinde usui priori sine scrupulo reddi.

Defectio purificatoriū iuri quis potest fudatio mundo, quando non adest purificatorium? Planè, dummodo postea non impendas illud usui profano; quamvis enim, ut supra dictum est, purificatorium non debet esse benedictum, euidem nimis propinquè deservit sacro usui, quam ut possit postea ad usus profanos adhiberi.

Et haec quidem satis de loco mobili, sive vase remoto, id est, altari, ejusque ornatum. Sequitur agendum de vase proximo. Queris quod sit illud? Vasa propinqua, inquit Scotus 4. dist. 13. q. 2. n. 14. sunt calix & patena. De his instituitur

## CONCLUSIO XXII.

Ad licet celebrandum requiritur calix & patena, quæ debent esse de auro, vel argento, vel ubi paupertas cogit, ad minus de stanno.

448. I Ta Doctor Subtilis loco statim citato & alii communiter. Prima pars constat ex perpetuo & universalis usu tam Ecclesiae Graecæ, quam Latina. Et statuitur in Concilio Tridentini cap. 18. his verbis: Vasa in quibus Sacra conficiuntur mysteria, calices sunt & patene, de quibus Bonifacius Martyr & Episcopus interrogatus, si licet in vasculis lignicis Sacra menta consiceret, respondit: Quondam Sacerdotes aurei lignicis calicibus utebantur: nunc è contrario Sacerdotes aureis utuntur calicibus. Zepherinus 16. Romanus Episcopus patenæ vitreis Missas celebrari constituit. Tum deinde Urbanus Papa omnina ministraria sacra fecit argentea. In hoc enim sicut & in reliquo cultibus magis & magis per incrementa temporum decus succedit Ecclesiæ. Nostri enim diebus, qui servit patris familiæ sumus, ne decus Matru Ecclesie immunitur, sed magis cumulatur & amplificetur, statuimus, ut deinceps nullus Sacerdos

sacrum mysterium Corporis & Sanguinis Domini nostri Iesu Christi in lignis vasculis ullo modo conficeret presumat: ne unde placari debet, inde irascitus Deus. Ita refert Gratianus de Confecrat. dist. 1. cap. Vasa 44.

Et ecce ingressi sumus secundam partem Conclusionis, cuius plenissima probatio habetur eadem dist. cap. V. Calix 45. ubi ex Concilio Rhemensie cap. 6. hoc modo decernitur: Ut calix Domini cum patena, si non ex auro, omnino ex argento fiat. Et infra: Si quis autem tam pauper est, saltem vel stannum calicem habeat. De ære, aut auricalco non fiat calix, quia ob vini virtutem evinem part, que vomitum provocat. Nullus autem in ligneo, aut vitro calice presumat Missam cantare.

Sed cur hoc? De vitro, inquit Scotus supra, rationale est, propter eius fragilitatem, ne Sanguis Domini pericolo exponiatur. De ligneo, propter imbibitionem humoris.

Solum obstare videtur huic doctrinæ consuetudo contraria, quam his verbis testatur Cardinalis Lugo disp. 20. n. 90. Sunt in Eccl. 450. ad communem usum Sacrificij plerique calices ex ære seu cupro inaurato, Italicæ Rame, Hispanicæ Cobre, & hic Romæ sunt innumeris, & plures patenæ: ex stanno autem nullus reperitur, quam præxim nescio quomodo nostri Recentiores non adverterint, qui quotidie in iis vasis sacrificabant.

Respondeo, non adverte propter inaurationem; quot enim non inveniuntur, qui ex bene inauratum nesciunt distinguere, seu discernere ex argento inaurato? Sane quam plurimi, & credo quod etiam ipsum Cardinalem nebulos quidam facile decepserint, qui solent adeo affabre annulos, & similia ærea inaurare, ut pro vero auro non raro ea vendant.

Existimo autem hujusmodi consuetudinem tolerari; quia inauratio impedit æruginem, propter quam, ut patet ex verbis Concilii, prohibetur calix fieri ex ære. Cumque Roma toleretur, ubi tamen exactissima deberet esse scientia & observatio hujus Constitutionis, quidni etiam alibi posset tolerari?

Nam in primis Concilia jam allegata Provincialia sunt, & per consequens non obligant universam Ecclesiam, nisi in quantum ab ea sunt recepta. Porro non esse universum recepta quod istud punctum, patet ex consuetudine Romana. Deinde dici posset Concilium debere intelligi de ære simpliciter, id est, non inaurato, cum legis ratio nihil aliud exigit. Quod autem communiter in his partibus calices & patenæ sint ex vero auro vel argento, fit ad maiorem splendorem augustinissimi illius Sacrificij, & aliquin ubi paupertas cogit, constat calices esse ex stanno.

Nec obstat Rubrica Missalis Romani reformati Tit. Ritus servandus &c. cap. 1. ibi: Deinde preparat calicem, qui debet esse vel aureus, ex Rub.

debent esse  
de auro vel  
argento,  
Rhemensie,  
vel ubi co-  
git pauper-  
tas de stan-  
no,

451.  
vitis inaurata  
to,

761